

AK. 578.

16.

B. M.


II
1016


CONTEMTUS
IN
JULIANOS PROFESSORES
EDITVS,
IPSORUMQ; PROGRAMMATI
meris virulentis invectivis, ac injuriosis, famam, &
existimationem VENERAN. MINISTER. TRI-
POLITANI lacescentibus, ac laudentibus
scatenti,

Ceu aīeri FULMINI BRUTO, iterato
conatu à JVLIANIS VEJOVIBVS conflato,
scevaq; manu, ex magnâ animi intemperie, & ipso-
rum impotentiâ, in Christi servos TRIPOLITA-
NOS vibrato; ast hâc vice eriam feliciter ab
ipsis eliso, ac in auras disploso,
oppositus

A
MINISTERIO TRIPOLITANO
REGIOM: BORVSS.







Dornatum à Vener. Ministerio Tripolitano Regiomont: Borussorum, prodiit Scriptum Apologeticum, ante biennium fermè, Programmati ab Academia Julià (adversus Anticrisin, autoribus commemoratis in Prussia editum) 7. April. A. 1649. publicè affixo, oppositum. Et quia stilo Lycambeo, felleq; Viperino tincto, atrocissimis injuriis, calumniis, virulentisq; invectivis, famam & existimationem Ministerii Tripolitanilædentibus, ac incensentibus refertum ac respersum ab Helmstadianis, extremam intemperiem, ac animi ipsorum impotentiam arguens ac referens, editum est; Titulum Fulminis Brutus meruit, cujus tamen iustum, scevâ manu in insontes Anticriseos autores, à Fulminatoribus Helmstadianis ejaculatum, illi felicitè eliserunt, ac scripto publico in auras disposerunt, Spes de cætero nobis erat, Auctores Programmati, cœu Vejoves fulminatores, in se descensuros, à libidine conviciandi, calumniandi, ac malitiosè innocentes incessendi, sibi posthac temperaturos; contrâ verò moderationi, quam Calixtus cum asseculis subinde jactat, mansuetudini, ac humanitati operam naturos esse. Verum enim verò sufflaminavit, ac irritam planè reddidit spem nostram Academicorū Julianorum inconsideratum, & temerarium vitiligandi proulbum: quo inducti, criminis Calixtini complices sese reddere, Ministerium Tripolita.

4
tanum in arenam provocare, ei bellum indicere, idq; ci-
tra ullam causam, & necessitatem, quam quidem quie-
scere, ac pacilitare sibi volupe duxerunt. Cum verò Pro-
gramma CacAdemicorum Julianorū nil amplius sive novi,
sive solidi, lectu responsoq; aliquo dignum contineat; sed
priorem Coccysmum, prioresq; Calumnias, virulentas in-
vectivas, & alia id genus injuriosa, usq; ad ravim regurgi-
tet, & ceu Crambem bis recoquat; non novo Responso
aliquo, sed CONTEMPTU DEBITO excipi meruit, idq; eò ma-
gis; quod omnia superiùs commemorata refellenda, an-
tehac sufficienter tūm in Fulmine Bruto; tūm in Anticrisi;
tūm in Notis super proditorias literas Calixtinorum Re-
giomontanorum; tūm in recens edito Responso, literis ge-
minis CacAdemicorum Julianorum, sub Titul: Abgenö-
tigte Beantwortung A. 1651. Mens. Augusto, opposito
sufficienter diluta deprehendantur, ita ut novo labore mi-
nime opus, nec tempus pretiosum talibus Ineptiis impen-
dere operæ pretium videatur. Revocat sibi in memori-
riam Vener. Minist. Tripolitanum *Scipionis Africani* lauda-
bile exemplum. Is enim à *M. Nevio* Tribuno plebis fla-
gitiorum insimulatus, ac ideò conviciis oneratus, & pro-
scissus, magno animo contempsit convicatoris & calum-
niatoris invectivas. Pauca siquidem præfatus, quæ digni-
tas vitæ suæ, atq; Gloria postulabat, sequentibus allocu-
tus est Quirites: *Censeo relinquamus, Quirites, Nebulonem:*
hunc, eamusq; nunc protinus Jovi Optimo Max. gratulatum.
Idem sibi repositum capiant CacAdemici Juliani: Cense-
mus, ô Arbitri, & æstimatores Virtutis justi & æqui, relin-
quamus Calumniatores, ac Conviciatores Julianos, ea-

musq;

5

musq; nunc protinus Deo, ter Optimo Maximo gratula-
tum, in Templo innocentiae, quod famam Minister. Tri-
politani arrodi quidem à Sycophantis Julianis per miserit,
non tamē libidini ipsorum prout quidem voluerunt ac eis
constitutum fuerat, prorsus commaculandam, aut pedi-
bus conculcandam exposuerit, tradideritq;. A amplecti-
mur quoq; consilium à prudenti pectore profectum apud
Gell. L. 6. Noct. Attic. c. 11. Non decertandum est convicio
cum malis, & inquinatisimis hominibus (Julianis) neq; in ma-
ledictis adversus impudentes, & improbos velitandum: quia
tantisper similis, & compar eorum fies, dum paria, & consimi-
lia dices, atq; audies. Id quod suo exemplo comprobatum
reddidit Metellus adversus *Cn. Manlium Tribun. plebis*, à
quo in concione apud populū lacesitus, jactatusq; fuerat
dictis petulantibus: Pensisti etiam habemus consilium Phi-
losophorum *Coryphæi*, quod suppeditat *Lib. 1. Topic c. 3.*
& *Lib. 3. de partibus animal. c. 3.* Stultum est, inquiens, stu-
tas opiniones (stultas debacchationes, & invectivas) nimia dili-
gentia confutare. Huc accedit Cypriani prudens Moni-
tum *Epist. ad Demetian*: *Verecundius*, & melius sibi videri
Errantium (& malignorum) imperitiam (& conviciandi
pruritum, ac prolubium) silentio spernere, quam loquendo
(aut scribendo) *Dementium seu Vesanorum insaniam provo-*
care. Quapropter brevi saltem Responso, & hoc *Fulmen*
Brutum à Vejovibus Julianis iteratò constatum, ac ipsorum
scevā manu, in innocentes Tripolitanos vibratum, erit
elidendum, ac in auras displodendum.

11

In PROOEMIO sugillant CacAdemici Juliani pallia,
Togas, hoc est habitum, seu vestitum Tripolitani Ministe-

L

A 3

rī,

rii, sub quo Histrionicam exerceant, sub praetextu causa DEI ac Ecclesie, in DEV M & Ecclesia ministros optimos, per inscitiam, per animi improbitatem injuri. Alt reverentia tali statui debita, Habitum gravem ab Ecclesiæ Doctoribus exposcit, præscribente Apostolo i. Tim. 3. Tit. e. 3. Quid verò cordati de Theologorum Julianorum Habitu sentiant, monitum est in der Abgenötigten Beantwortung respons. ad priores literas p. 33, § IV. Deinde quod non Histrionicam exerceant, sed causam DEI, & Ecclesiæ, non per inscitiam, vel animi improbitatem; sed juxta præscriptum verbum DEI, exigente etiam officii, & conscientiæ dictamine, verè ac serio agant, scriptis aliquot probatum dedere: cuius patrocinium quoq; suscepere omnia fermè Collegia, & Ministeria, in universis Ecclesiis Orthodoxis, intra & extra Imperium Roman. sitis, quæ etiam in Julianorum Matæologorum attentata Novaturientia, debitâ severitate animadvertunt, caq; masculè oppugnant.

II.

Deinde fatentur Juliani Fulminatores communem consensum in vibrando, & ejaculando priori Fulmine suo Bruto. Parcere haec tenus Tripolitan. Ministerium Corpori totius Academiæ Juliæ, neq; omnibus Professoribus ejusdem, culpam designatæ malitiæ imputare voluit, spe indubitatâ hac fretum, plerisq; Professorum, præsertim JCtorum, seu Jurisprudentiæ, ut & Politices, & Ethices, patratum tale Theologorum improbari, quo nomine excusati à nobis sunt, tūm in Anticrisi; tūm in Notis super proditorias Literas Calixtinorum, tūm insuper in Fulmine Bruto. Quia verò æquam, & benignam nostram interpretationem,

7

tionem, & excusationem respuunt, ac in censum flagitiorum machinatorum, & vibratorum Fulminis Bruti referri malunt, laudem ejusmodi ipsis jam non invidebimus, quam communem habent cum illis, qui de designatis flagitiis gloriantur instar Sodomitarum Esai. c. 3. qualem gloriationem Apostolus exprobrat 1. Cor. 5. v. 6. οὐ καλὸς τὸ
κάυχημα ὑμῶν. Ewer Ruhm ist nicht sein! Et tanrò quidem magis exprobrandum est, his CacAcemicis Julianis, quod à Calixto persuasi, cæco impetu ruere in Anticrisin (Ejusq; Autores) ausi sunt, quam tamen ipsi nec legerunt, nec probè expenderunt, uti ipsimet turpitudinem suam fassi sunt in literis, ad Sereniss. Electorem Brandenb. &c. &c. &c. exaratis, vid. dicit abgentigte Beantwortung/ Responsu priore, part. posterior. p. 16. 17. 18. Quid moramur insuper Confensem Jutorum, Medicorum, & Philosophorum cum Theolog. P. P. in primis D. Calixto? Satius esset, sua illi agerent, de controversiis Theologicis, iisq; Sublimioribus minùs solliciti. In quibus cùm consensum suum nobis volunt opponere, quis non spernat? Dolemus autem vicem laudatæ Academ. Juliz, quod eò jam prolapsa sit, ut omnes Professores fœdos, & horrendos Calixti errores adorent, atq; cum eo in eodem execrando hæreſeos sterquilino toti hæreant. Frustrà ergo prætendunt Piesatem, pro quâ tuendâ, Fulmen suum Brutum non ultra veri & recti limites vibratum esse ajunt. Quod autem & à pietate alienum, & ultra veri, recti q; limites famosum Julianum Scriptum procurrerit, dicto loco probatum est. Confer Judicia aliorum Theologorum, de hoc Famoſo Scripto, ac præ primis Seren. Electoris Saxon. in Literis



ris ad illustriss. Duces Brunswicens. & Lüneburgens. exaratis, Item, D. Hülsmanni D. Hanekenij &c. quæ producuntur in der Abgendorfite Beantwortung Syllog. Apograph. & Breviar. Tertii Ordinis p. 14. p. 223. Num. I. itē p. 229. Num. IV. Num. VI. p. 230. Num. VII. p. 231. Num. XIV. p. 241.

III.

Tertiò palliare conantur patratum suum nefandum Juliani CacAdemici prætextu defectus aliorum mediorum, per quæ famæ sue, juxta imaginationem ipsorum læsa, succurrendum fuisset. Anne verò tale medium, licitum sit ac legitimum? negant nobiscum omnes pii, ac cordati d. l. qui omnes ad unum detestantur ejusmodi pruritum conviciandi, & calumniandi, indignum planè hominibus Christianis, nedùm Academicis Professoribus, qui bono, ac laudabili exemplo prælucere debent Juventuti, nec scandalum eidem dare, lac ad Similia patrata nefanda ipsam assuēfacere, ac invitare.

IV.

Quartò impiè provocant ad Exempla Prophetarum, Apostolorum, & ipsius Christi, qui quidē scapham scaphā vocatasse, ac enormes redarguisse deprehendūtur, ubi verò si- ve heterodoxos pertinaciter Errantes, sive à trāmite Legis Moralis divaricantes, conviciis talibus onerarūt? Sycophanta est, scelus est. Nequā est &c. hæc qui in publicum scripsit. Ta- lis Retorsio excedit limites in jure præscriptos, judice Dn. D. Hulsmann, suprà cit. loco Num. I. p. 223. Destituitur etiam praxi tūm Prophetarum, tūm ipsius Christi, tūm etiam totius primitivæ Ecclesiæ, uti cordatè monet Incomparabilis Heros Ser. Elector. Sax. in literis suprà citatis p. 119. Welches in unsern Kirchen/da der Geist der Sanff- muth/ Demuth/ und Gedult regieren sollte unerhöret/ mit Schels

Schelmen und erzbösewichten umb sich zuwerfen/und man
andere Mittel hat/ da man zur Ungebühr angelassen/ sich
gebührlicher Weise zu retten.

Quintò id factum à se prætendunt CacAdemici Juliani,
quod vulgò omni licet, ex calumnia periclitaturo, Ast
pensi debuissent habere hi Homines effatum, & exem-
plum Apostoli 1. Cor. 8. v. 9. videte ne quomodo facultas
vestra illa offendiculo sit infirmus, & c. 9. v. 12. non usi sumus
potestate istâ, ne ἐγκωπίν demus Evangelio Christi. Confer.
c. 6. prior. ad Corinth, v.12. c.10. v.23. Omnia mibi licet, sed
non omnia conducunt: omnia mihi licent, sed non omnia edifi-
cant. (2) Tale patratum nefandum esse prorsùs illici-
tum, meri facti, non juris, uti paulò antè probatum est.

Sextò. quæ pro excusando Programmate priori re- VI,
gerunt, patrocinandiq; studio in gratiam Collegarum,
Alumnorum, contra exclusionem ab Augustanâ Confes-
sione, ac contra insimulationem Atheismi repetunt, Sub-
juncta pristinâ Retorsione; indigna sunt aliquo Respon-
so, ac maximâ ex parte diluta sunt, tûm in Fulmine Bruto;
tûm in Anticrisi; tûm in postremo Scripto. Tit. Abgenô-
tigten Beantwortung. Solummodò injurias, & convicia
CacAcemicis Julianis domum remittimus inq; sinum re-
ponimus.

Septimò tædiosus etiam CacAcemicorum Coccys- VII.
mus est, quasi tota Julia (& non soli Theologi in eâ) in An-
ticrisi notata, ac Suspitione heterodoxiæ rea gravata fue-
rit. Ad quam suprà responsum est, ut & in der Abgenô-
tigten Beantwortung/ usq; ad nauseamp 17. 18. 19. allatâ
distinctione inter totam Academiam, & Theologos in ea-

B

dem:

dem: ad quam CacAdemici Juliani datâ opera oculos claudunt, nec præ malitioso odio in Anticrisin, discrimen disertum legere, ac agnoscere possunt, voluntvè. Ideoq; Eos sinimus cæcutire, & vel nobis invitis audiant suspecti, heterodoxi, Athei, Samaritani, cum suo Calixto, & omnibus ipsius asseclis.

VIII.

*Ottavò de Ubiquitate Julianis exosâ, pluribus actum est in der Abgendorf'sten Beantwortung ad liter. Helmstad. p. 20. 21. seq. ibidemq; monitum, non ob solum dogma de Ubiquitate, suspectam à Theologis Helmstadiensibus modernis, redditam esse Julianam Academiam; sed ob plures alios Errores Calixtinos. quorum Catalogus alibi prolixior recensetur, ut & in Anticrisi. Sic quoq; in *Dialysi Dn. D. Hülsmanni numerantur Errores 29: In Dn. D. Calovii Institutionibus 49. in ejusdem Apolog. ad Senat. Gedanens. circa omnes, & singulos Artieulos A. C. in Dn. D. Menzeri literis, 10. ab Anno 1620. vid. die Abgendorf'ste Beantwortung p. 28. 29.**

Unde simul patet, non primos esse Anticriseos autores, qui plurium Errorum Calixtum cum Asseclis Julianis reos egerint; sed alios Theologos dudum, ante Ministerium Tripolitan. eo nomine ipsos redarguisse, uti probatum est, in der Abgendorf'sten Beantwortung p. 26. 27: 28. Ut mirari subeat impudentiam CacAdemicorum Julianorum, dum vociferantur: *Quis illo nomine sive toiam nostram Academiā, sive ejus Theologos, quasi divortium facerent à Conf. Aug. tām sanctē à nobis, & Majoribus cultā, traduxit ante hos Sycophantas, & si qui sunt forte ejus generis alijs? & quæ sequuntur.*

II

tur. Quia verò ad oculum demonstratum est contrarium
paulò antè, resorbeant Sycophantæ Juliani calumniam.

Nonò, quæ de otio, Calixto ex mente ipsorum affi-
cto, ut & de criminibus eidem impactis garriunt, ad ea suf-
ficienter responsum est, tūm in Anticrisi; tūm in *Fulmine
Bruto*, tūm in der Abgenötgten Beantwortung p. 27. 28.
29. 30. 31. 32. 33. ubi Calixtus & impuræ doctrinæ, & pra-
xeos culpatæ in vitâ postulatur.

IX.

Decimo, adhuc admittuntur patrocinari CacAdemici
Juliani M. Brölero, & Latermanno. De illius *Bonis Operi-
bus* Calixtinis legant Testimonium, à Celeberrimo Viro
Dn. Arniseo p. m. perhibitum in der Abgenötgten Beant-
wortung Sylloge Apograph. Tert, Ordinis Num. X. p. 235.
236. 337. 338. De Latermanno, non absimile ominatus erat
Dn. D. Myslenta. Collega noster loc. citat. in der Abgenö-
tigten Beantwortung p. 100. § Und darff Calixtus den La-
terman so sehr nicht entschuldigen/ Er warfen nur eine Weis-
le/ Er wird von ihm andere Zeitung vernehmen/ derer er sich
wenig zu erfreuen/ und seine Entschuldigung ihm/ in den
Brun fallen wird. Istud omen, jam ex justo DEI judicio
complementum (de quo tūm temporis ne cogitavit qui-
dem D. Myslenta) fortitum est, actione insperatâ contra
Latermannum hīc Regiomonti institutâ. Liberent alu-
mnum suum Patroni Juliani à crimine intentato, si viri
sunt. Quod verò mendacium appellant, Brölerum disci-
pulos in *Lupanar* duxisse, idè quod Helmstadii *Lupanaria*
non inveniantur: fatemur quidem publica ibidem non
inveniri: Ast clandestina deprehendi, atq; visitari à sala-

X.

B 2

cibus.



ebus, & libidinosis sordidisq; Hircis, quis facile inficiari aurit? Nec etiam Regiomonti inveniuntur Lupanaria publica; investigavit tamen Lätermannus, domicilia suspecta in præurbis, ac Ea visitavit temporibus Nocturnis, quo ipso habitatoribus in viciniâ dedit ansam ejus suspecta actitata in omnibus ferè compitis distinctisq; judiciis crepandi. Atq; hæc & similia sunt bona Opera Helmstadiensium ad salutem necessaria!

XI.

Vndecimò Crambem pristinam usq; ad nauseam, recouunt Juliani, de lœsâ fama Illustris. Princip. Brunsvicens. & Lüneburgens. ob reprehensionem Errorum Calixtinorum. Ast hæc calumnia, & malitiosa accusatio, depulsa esse deprehenditur tūm in Eulmine Bruto; tūm in Notis super proditorias literas Calixtinorum Extraordinariorum Region. p. 44. seq. in der Abgenösigten Beantwortung p. 57. Heic verò id solummodò monendum est, hoc artificium hæc in parte Julianos didicisse à Jesuitis, qui Theologos Orthodoxos apud Cæsaream Majest. & Imperii Ordines criminis lœsæ Majestatis postulare præterlapsis Annis aui fuere, quod Papam Roman. vocent Anti-Christum. Parili artificio utuntur Helmstadiani, ex Calixti instinetu, dum criminis reos illos postulant, eoq; nomine apud Principes Imperii accusant, qui Julianos Theologos Heterodoxias, ac plurimum Errorum reos agunt, adversusq; ipsos calamum stringunt, ac si Nutricii Incliti Academiæ Juliæ, tali Elencho per latus eorum petantur; injuriaq; (imaginariâ opinione Calixtinorum, cum falsa dogmata redarguere non sit injuria, sed veritatis, adversus Heterodidascalias susceppta, ex dictamine Conscientiæ & officii, defensio) in Eos redundat.

redundet. Ut verò in probatione accusationis suæ Jesuitæ succubuerunt, testantibus Scriptis, pro innocentia Theologorum Lutheranorum, etiam à doctissimis Politicis, & Jurisprudentiæ peritis, de hoc argumento pluribus editis: Ità irrito conatu, ac in vanum laborant Juliani, dūm persuadere conantur Illustrissimis Capitibus, ac si ob redargutionem Errorum Calixtinorum injuriâ afficiantur. Cur non eadē Logicā inferunt hi Homines tale quid de Calixto, & Hernejo, qui plura scripta Elenchitica aduersus Papisticam Religionem publicitūs ediderunt. Ergonē injuria, ob illam Refutationem, redundabit in Principes plures Imperii, imd̄ in ipsum Imperatorem Roman. cœu Religioni Romano-Catholicæ addictos? Calixtus quoq; Dn. D. Hülsmannum plurium Heterodoxiarum reum egit. Ergonē talis accusatio in Sereniss. Elector. Saxon. cœu atrox injuria, redundat? Ut verò heic elumbem consequentiam sponte agnoscent: Ità suam pro tali necessum est habeant, ac imposterum ab ejusmodi brutâ illatione desistant. Vero simile autem minime est, quod simplicioribus persuadent Juliani, à Nemine haec tenus litem Helmstadianis Theologis fuisse ob plures Errores, quos ipsi fovent, motam vel intentatam. Falsum hoc esse paulo antē suprà evictum est, tūm ex Anticrisi; tūm ex Fulmine Bruto; tūm ex Notis super proditorias Literas Calixtinorum Regiomont.; tūm insuper aus der Abgenötigten Verantwortung p. 18. 19. 20. p. 25. 26. 27. 28. &c. Huc etiam faciunt Censuræ Theologorum in Germaniâ, contra Errores Helmstadiensium Theologorum ad ornatæ, illos sparingente Latermanno in Academ. Regiomont. Anno 1646.

XII. *Duodecimò, quod Buscherum attinet, de Eo, ejusq; persecutionibus, quas ex Calixti instinctu, usq; ad mortem, ob solam accusationem Heterodoxias Julianorum Theologorum, perpessus est, actum alibi prolixè fuit, in Anticrisi, Fulmine Bruto. Notis ad liter. proditorias commemoratas, in der Abgendorfigen Beantwortung p. 67, 68. Actum ergò, ad evitandum tædium, denuò agere nolumus.*

XIII. *Decimotertiò, declinare vel amoliri à se conantur culpam illam, quòd suffragiis suis promoteant conatus Calvinianorum, in tollendo discrimine inter variatam, & invariataam Confess. A: quod etiam Tractatibus pacis Religionis Calviniani, ipsis authoribus, inclusi sint. Quòd verò nequeant, constat tūm ex Anticrisi, vid. Apograph. Num. XXX. tum Fulmine Bruto; tūm ex hisce hypothesibus Calixtinis, (1) Calvinianos fovere consensum cum Lutheranis in fundamento fidei. (2) Reformatos non esse à fraternitate spirituali excludendos. (3) non esse damnandos, sed tolerandos, imò esse bonos Christianos, imò Catholicos Christianos habendos. Plura vid. in Respons. Dn. D. Hülsm. contra Judicium Calixti, de componendis controversiis Reformatorum & Lutheranorum. (4.) Accedit Relatio ex loco, tractatibus tunc sub incude ferventibus vicino, de intercessione Helmstadiensium, apud Illustres Delegatos pro receptione Reformatorum in Axiomata pacis Religionis: quæ, si opus fuerit, suo tempore in apricum, unà cum Autore, protrahi poterit. Gradum jam sistunt, ac receptui canunt Juliani: Atq; ità simul nobis ansam præscindunt pertexendæ, ac reponendæ ulterioris Responsionis. Ex hac tenus verò pertexta, & ad umbilicum deducta, Innocentia Ven. Minist.*

Minist. Tripolitani sole Meridiano clarior elucet: & merito sibi imperare Juliani Academicorum studium moderationis, mansuetudinis, dilectionisq; Christianæ toties crepantes, nec convitiis, ac invectivis injuriosisq; id genus aliis ordinem Venerandum incessere, citra omnem culpam ipsis datum, debuissent. Quia verò omni officio, Christianâ vocatione, & professione digno, postposito, nec sibi ipsis, nec Servis Christi innocentibus parcere voluerunt, sibi ipsis imputent, quod **CONTEMPTUM JUSTUM AC DEBITUM** nostra ex parte adversus semet concitarint. Habeant simul hanc adjectam sibi disertam denunciationem: *Ministerium Tripolitan. Julianos Cac Ademitos, nullo imposterum dignaturum esse, ad execrandas Criminationes, Responso. Et jam tædet nos pugnæ cum impuris, & Sordidis suibus, & porcis initæ, præsertim nullâ, vel certè per exigua morum, ac vicæ emendationis superstite Expectatione. Concludimus CONTEMPTUM huncce verbis B. Lutheri nostri, quibus simili in easu adversus hostes suos usus est eorumq; insultus contemtim habuit An. 1524. qualia nostra facere (Nemine Nobis vitiò vertente, uti confidenter speramus) placuit.* (Es ist unter dem Rahmen der Elenden Universität zu N. N. (zu Helmstadt) ein Zedel (Ein Programma) ausgangen. Nun ist ihr Grund und Beweisung/ so gar über alle Masse toll/ und ungeschickt/ daß Ich sampt etlichen andern Verständigen nicht anders dachte/ solcher Zedel (solches Programma)/ were etwa von Ihrem Feinde/ Ihnen zu Spott/ und Schmach schimpflich ertichtet Ich meine N. N. N. herren grobe Eitel/ und diese Wollberempte Universität sollte sich an denselben gestossen haben; Aber

ich.

AK 77/16/6

16

ich sehe daß einer wie der 'ander ist/ daß ich achte/ die Welt
wil new werden: Man hat bishero die N. N. mit den Sä-
wen gespottet. Zu hoff Ich/ wird es besser mit ihnen wer-
den: denn dieser Zeddel (dieses Programma) trüget mich
denn/ so düncket mich alle Säwe in N. N. sind in die be-
rempte Höhe Schul gen Helmstatt gelauffen/ und Do-
ctores, Magistri, und eitel berempte Universität worden/
daß hinführo keines bessern Verstandes dasselbst zu hoffen
ist. Erlöse/ und behüte Gott/ das gute Braunschw.
und Lüneburgische Land für diesen Säwen/
und blinden Sophisten.

Amen!



X 3033318

Von

Farkarte #13

B.I.G.



EMTUS
N
PROFESSORES
TVS,

ROGRAMMATI
, ac injuriosis, famam, &
AN. MINISTER. TRI-
tibus, ac laudentibus
nti,

I BRUTO, iterato
E JOVIBVS conflato,
nimi intemperie, & ipso-
servos TRIPOLITA-
vice eriam feliciter ab
auras disploso,
ositus

RIPOLITANO
BORVSS.

IOTHECA
CAVIANA

B.M.

